



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

11. An liceat ministrare infirmo peste laboranti Extremam-Vnctionem
vngendo vnicum corporis sensum, v. g. manum solam, vel oculum solum,
ac vti forma verborum generali, Per istam sanctam Vnctionem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Extremæ-Vnctionis. Ref. X. &c.

247

nisi timens de nocte ad moribundum vngendum vocari, feculso scandalo, peccat mortaliter?
Et quid, si post Vnctionem sciam, ut se citius expedit,
Parochus non referat oculum ad solitum locum?
Et doceat non debet Parochum sine lumine Extremam-Vnctionem deferre?
Et notatu, ergente periculo mortis, posse Sacerdotem
sine Ministerio administrare hoc Sacramentum, atque
etiam sine alia solita preicatione prævia? Ex part. 5.
tr. 3. Ref. 91.

Sop. hoc lumen supra
int. 2. Ref. 1.5.1. cur-
sum in kin. 2.
glori in fi-
ne 1.9.
Sup. conser-
ta in hoc 5.
magis late-
nit in Ref.
19.5.1.2. & 3.
& in alio
ref. eius
peccare an-
te.

§. 1. Negatiuē respondet Barboſa de officio Parochi, cap. 22. num. 44, vbi docet non debere Parochum sine lumine Extremam-Vnctionem deferre, obſeruando in hoc proprij Episcopatus constitutions, & existimat venialiter tantum peccare illum, qui sic ferret sine causa, qui verò cum causa, nullatenus. Et addit, (ſecula Epilocii constitutio- ne) non bene agere eundem Parochum timentem de nocte ſe vocandum pro infirmo periculoso, ſi vſpre ferat oleum Extremæ-Vnctionis ad ſuum cubiculum, vt oculum ſolam, vel ſi de nocte reuerſus ab vñctione infirmi, vt ſe citius expidat, oleum non referat ad ſolitum locum, ſed retineat domi vñſe manū, nullum tamen credit peccatum mortale contrahere circa scandalum, vel periculum aliquis irrecurrentia. Ita Barboſa.

2. Notandum est etiam h̄c obiter quod ex multis docet Tainerus tom. 4. diſp. 7. quaſt. 1. dub. 3. num. 85. ergente periculo mortis, posse Sacerdotem ſine ministro administrare hoc Sacramentum, atque etiam ſine alia ſolita preicatione prævia.

RESOL. X.

An tempore pestis poſſit Sacerdos vngere vnam tantum partem dicendo conſuetam formam, v. g. Per iſam ſanctam vñctionem, & ſuam pifſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quidquid peccasti per viſum, auditum, odoratum, gulfum & tactum, vel an iſi neceſſarium in pradicto caſu ſaltem veſcissime ſine forma crucis vngere vnum oculum, vnam manum, aurem, narem, & os, & dicere: Per iſas ſanctas vñctiones, &c?
Et an ex iſa caſu neceſſitatis, ſi Sacerdos faceret vñctiones, non in forma Crucis, minime peccet letaliter?
Ex part. 3. tr. 4. Ref. 167. alias. 168.

Sop. omni-
contento in f-
hice & feq.
§. 1. Sp. in
Ref. 2. paulo
politicum.
i. ref. & do-
ct. filius.
Burbon. vñ-
que in fine,
& inſta in
Ref. leq. per
coam, & in
Ref. 1. reci-
tanc in §.
Prima & §.
Secunda &
in Ref. 35.
ad medium,
atque ſed an-
in in Ref.
45. vñ. &
in tom. 3. tr.
Ref. 50. la-
8 & 5. Verū
bi. ſed lege
om. à prin-
cipio, & alias

§. 1. Entitiam affirmatiam docet Sylvius in 3. part. quaſt. 32. art. 7. quam approbasse Theologos Louanienses anno 1588. & 1593. testatur Octavius Tricarcensis Nuncius Apostolicus in Germania, & in directorio Ecclesiastica disciplina, vbi ſic afferit. Eſi ordinariè vngenda ſunt ſingulorum ſenſium loca, nec vñquam, niſi grauiſſima neceſſitas cogat, aliſe faciendum ſit, conſtabit tamen ſacra Vnctionis Sacramentum. Et in vngendo contagioſo morbo, aut pefte laborante, ad cuiandum contagionis periculum, ſufficiet, ſi vngatur ſenſus organum ad vñctionem magis expositum, & detectum, dicendo: Per iſam ſanctam vñctionem, & ſuam pifſimam miſericordiam, &c. Ita ſupradictus Nuncius Apostolicus, Sylvius, & Theologi Louanienses, quibus etiam adde Chapeau illam de Sacram cap. 5. 9. 30. Et hanc ſentientiam probablem eſſe præter Dicitatos tenet etiam Layman in Theol. mor. lib. 5. tr. 8. cap. 3. n. 3. & Coninch de Sacram. diſp. 19. dub. 3. n. 9. & 12. unde in praxi tutò amplecti potest.

2. Sed ego in tali caſu, porciſ ſolētissime fine Crucis forma vnum oculum, vnam aurem, vnam

manum, narem, & os, vnicā ſentientia partialium omnium formarum ſentientias complectente inun- Ref. & §§.
genere, dicendo: Per iſas ſanctas vñctiones, & ſuam
pifſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quid-
quid per viſum, auditum, odoratum, gulfum, & ta-
ctum deliquisti. Vide Zanbranum de caſu tempore
mortis, cap. 5. num. 9. Andream Victorellam deſa-
cram Extremæ vñctionis, fol. 66. & Suarez in 3. part.
tom. 4. diſp. 41. ſel. 2. num. 7. & Coninch, & Lay-
man vbi ſupra.

3. Notandum est tamen h̄c obiter, quod etiam extra caſum neceſſitatis ſi Sacerdos faceret vñctiones, non in forma Crucis, minimè lethale pecca- tum committeret. Ita Zambranus vbi ſupra, num. 22. & Suarez diſp. 40. ſel. 2. num. 3.

Sup. hoc in-
fra in Ref.
18. per tota-
& in alio §.
eius annor.
& pro caſu
neceſſitatis
in aliis Ref.
& diuerſis
§§. huic
caſt.

RESOL. XI.

An liceat ministrare infirmo pefte laberanti Extremam Vnctionem vngendo vnicā corporis ſenſum & g. manū ſolam, vel oculum ſolam, ac rei forma verborum generali. Per iſam ſanctam vñctionem indulgeat tibi Deus quidquid peccasti per viſum, auditum, odoratum, gulfum, & tactum?
Et in §. vltimo hiuſ Resolutionis affigantur tres caſus,
in quib. ſal. ē Sacramentū illud poſſet à Sacerdote per
vnicā vñctionē perfici? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 80.

§. 1. Negatiuē ſentientiam docet Philibertus Marchinus de pefte part. 3. cap. 6. num. 16, vbi docet multo verius eſſe ac turius vñctionem quinque ſenſum eſſe de neceſſitate Sacramentū, conſequenter etiam graſlante pefte omnes quinque vñctiones eſſe adhibendas, vel porciſ hoc Sacramentum omittendum. Huic conſtruacioni multum ſuffragatur Florentinum in Decreto Eugenij, vbi agens de hoc Sacramento tradit materiam illius remotam eſſe oleum olivarum, proximam eſſe vñctiones in oculis propter viſum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gulfum, in manibus propter tactum, in pedibus propter grefſum, in tenibus propter delectationem ibi vrgentem. Probar etiam ab eodem h̄c opinio, quia mortale eſt applicare morituro materiam, vel formam Sacramenti dubiam, etenim qui ſic ſe gerit, primò exponit ſe periculo irritandi Sacramentum contra reuerentiam Sacramenti debitam; inde exponit periculo ſalutis infirnum, ſi forte non erat attritus contra charitatem proximo debitam in tanta neceſſitate conſtituto. Altera ratio eſt, quia non eſt verisimile in tota Ecclesia hanc vngendi quinque ſenſus conſuerudinem perpetuò viguisse, cuius initium non extat, niſi ex Apostolica traditione habememus has quinque vñctiones eſſe huic Sacramento ſubſtantiales.

2. Verū h̄is non obſtantibus contraria ſentientiam probabilitate ego tenui in 3. part. tral. 4. reſolut. 168. cum Sylvio, cui nunc addo Iacobum Grana-
do de Sacram. in 3. part. contr. 8. tral. vnic. diſp. 7. Ref. antece-
ndum. 12. vbi loquens de Pastorali Mechlinensi vbi
dens, & in
aliis Ref. &
§§. eius pri-
ma not.

Quæ hic eſt
 in morbis contagiosis ſufficiere vngi organum ſenſus magis obuium, dicendo formam: Per iſam, &c. ſic ait: Puto hanc doctrinam non eſſe dan-
 dandam, & poſſe ita ſine peccato ministrari hoc Sa-
 cramentum ſaltem ſub conditione, cum aliſe non
 fuerit inuentus, qui miniftri, vel certe propter
 morbum contagiosum imminuerit periculum ſacer-
 doti, qui magis detineretur, vt omnes vñctiones
 periceret. Recolendum ergo eſt duos doctos recen-
 tiores, nempe Suarez, & Henrquez, probable exi-

X 4 ſtimae

stimare in singulis vunctionibus conferri partem aliquam gratiae, & consequenter aliqua auxilia actualia, quae sunt effectus Extremae Vunctionis: quæ doctrina licet vera nobis visa non fuerit, non est digna villa nota, nec censeri debet improbabilis iuxta illam: ergo potuit prædictum Pastorale præscribere, ut in morbis contagiosis, ne inficerentur Parochi pelle, dum detinentur in vngendis quinque sensibus, & pronuncianta forma in singulis vunctionibus, ut solum vnguentum, vel alterum sensum magis peruum, & proferrent verba illi vunctioni respondentia. Sic enim quamvis non recipere ægrotos Sacramentum integrum, certe recipere partem illius, & cù aliqua parte gratiae, quæ sufficit ad tollenda peccata lethalia, & insuper aliqua auxilia, quibus roboretur aduersus tentationes, & fatidum ex peccatis relictum, quod licet non sit certum, est tamen non improbatum: & aliunde cù Extrema Vunctione non sit de necessitate salutis, non irrogaretur ægroti iniuria, nec ipsi Sacramento, præterim si apponetur conditio, saltus intramentum Sacerdotis ministrantis, & aliunde obviaretur periculo mortis, quod ipse Sacerdos subire posset. Concludo ergo non definit ab hoc Pastorali, nec ab Universitate Louaniensi quidquam contra assertiones huius nostra disputationis; non enim affirmant non esse necessari organa sensuum, & repeti verba formæ ad integrum Sacramentum Extremae Vunctionis, sed solum licere in casu necessitatis ministrare hoc Sacramentum, quasi dimidiatum, applicando partem illius, quia non est improbabile sic obtineri aliquam gratiæ habitualiem, & actualem, immo & corporis sanitatem, & alioqui cùm non sit Sacramentum necessarium ad salutem, excusari potest Parochus ab obligatione conferendi illud integrum, & certum, ne alioqui perteñatur. Huc vtique Granadus. Et hanc sententiam nouissime subinet Iacobus Merchant, in Candelabro de Sacram, tract. 6. lett. 3. fol. 388, vbi sic ait. Quæritur quantum ad Extremam Vunctionem, an in periculo contagij sufficiat unica vunction in aliqua corporis parte? Respondeo hanc opinionem probabilem omnino esse, tum ob auctoritatem Doctorum, tum ob multiplicem rationem, id est à multis hoc tempore in praxi vñluprat, Ita ille.

Sup. contencio in hoc §. in Ref. præterita ad fin. 10. & in Ref. seq. in fine §. Nec & infra in Refol. 16. §. Prima. & in tom. 3. tr. 1. Ref. 60. §. Verum. sed lego eam per totam & non pigebit, & hic infra in Ref. 20. §. Tertia.

Notandum est tamen, stando etiam in prima sententia, quod quories virget periculum præsum vel ex parte infirmi, quod morietur ante quinque vunctiones, vel ex parte Ministri, quia timet contagium, si pestiferatum vngat quinque vunctionibus, vel dum timet, si vnum quinque vunctionibus vngat, alios ægrotos in maiori mortis articulo constitutos absque villa vunctione decepsuros. In his tribus casibus Sacramentum istud posse à Sacerdote per unam vunctionem perfici, dummodo vel ipse intendat, vel saltem à Christi institutione non discedat, quia sine intentione Ministri non perficitur Sacramentum. Ita Marchinus vbi supra, num. 26.

RESOL. XII.

An Parochus vngendo infirmum, si reliquerit vunctionem v.g. aurum, vel oculorum, teneatur iterum ministrare Sacramentum?

Et an saltem debeat suppleri vñctio partialis omissa?

Et quid, si tempus notabile intercessit, an tunc debeat omnes vunctiones repeti?

Et additur, quod multi tenent, quod non sint vunctiones omnes Sacramento huic intrinsecæ, & essentiales, sed unicam vunctionem sufficiere de necessitate Sacramenti in administratione Extremae Vunctionis?

Et an, secluso scandalo, & contemptu, hoc Sacramen-

tum omittere, vel nullum sit peccatum vel tantum sa-
niale? Ex part. 10. tr. 12. & Milc. 2. Ref. 31.

§. 1. **D**E hoc casu ex Germania interrogatus respon-
pondi distingendo, nam vel infirmus non
poterat antea confiteri, vel fumere Eucharistiam;
& in tali casu Sacramentum Extremae Vunctionis, ma-
do quo supra ministratum, putauit iterum sub consi-
tutione ministrandum esse, ratione charitatis, pœna que
me citato, docet Martinus de San Joseph in Moni-
Confess. 1. lib. 1. tr. 1. de Extrem. Vunction. n. 4. si antea
vel confessus fuit, vel communicavit, in tali casu
non esse iterum vngendum existimat. & sic in ter-
minis docet Pellizzarius in Man. Regul. tom. 2. tr. 1.
c. 3. §. 3. n. 333. qui in facti contingente hanc fe-
tentiam tenuit, & postea Viri doctri ad ipso consuli
approbarunt. Nam in tali casu, Sacramentum con-
modè præstari non potest, & alioqui infirmus non
patietur graue dampnum, quia alia Sacraenta non
sufficerat. Confirmatur hæc opinio nunc secundo
scandalio, & contemptu, hoc Sacramentum omni-
tere, vel nullum est peccatum, vel veniale, ut me
citato ex multis aliis probat Leandrus de Sacra-
mento, 1. tr. 4. diffus. 1. q. 5. & 6.

2. Addo quod multi etiam tenent, quod non sunt omnes Sacraenta hæc ministrare, nam
ac essentiales; vt docet Bannius in Tract. nov. tom. 1.
tr. 1. q. 1. Et ratio est, quod quæcumque Vunction
cum sua forma, completem sensum habent signifi-
cationem propriam independentem ab aliis, ergo Sacramentum quod essentialia sua integrum
Consequentia probatur, Sacramenti naturæ ei est
ut si signum practicum gratia quam producit illa
ipso instanti temporis, quo est, quia id effectu quo
denotat, sed quælibet Vunction, cum sua forma, sensu
ctionem culparum, quæ à peculiari sunt admisit senti-
innuit ad declarat: ergo eam operatur illud, & est
partiale est ergo Sacramentum, essentialiter com-
pletum.

3. Nec obstat dicere, quod non est quælibet
Vunctione perfecta significatio: nam tam illa, quæ
cæteræ ordinantur ad perfectam sanitatem animæ,
qua non fruuntur, nisi cuius sensus pars fuit in inca-
labe ac peccati fæce, quod ei ante Vunctionis com-
plementum non accedit. Ad maiorem Respondon-
dum, in Vunctione qualibet, eam repeti signifi-
cationem quæ ad Sacramentum sufficit. Addendum
præterea, eam expressam non esse remissio pe-
catorum omnium, sed implicitam tantum. Primum,
in quantum minister ægroti certa peccata remitti
postulat, alii non exclusis. Secundum, quatenus gratiam
habitabilem huic Sacramentum propriam; Deo ci-
dari, idem minister precatur, que cum commercio
habere nullum cum cypis mortalibus querat, omnes
si quæ forte condemnanda restant, indulger illas
remitti Sacerdos orat, ex qua fit consequens imita-
tionem mentis, & animæ perfectam, que est in gratia
Vunctione qualibet denotari, implicita saltem ac vita
tute. Vide etiam Leandrus vbi supra diff. 3. q. 20. vñctio
citato tenet, vñcam Vunctionem sufficere de necessitate
Sacramenti in administratione Extremae Vunctionis.

4. Sed quicquid sit de hac questione, in eis in-
posito in titulo Resolutionis, sit reperendum. Secunda
positio in titulo Resolutionis, sit reperendum. Secunda
mentum? obseruat Pellizzarius loco citato quod in
non sed debet solum suppleri vñctio partialis omis-
sa; si tempus notabile intercessit, repeti debet. Sin
gulae vunctiones; quia in hoc Sacramentum non con-
fertur gratia, nisi quando perficitur ultima vñctio
cum sua forma: quod est dicere omnes, & singulas
vunctiones esse de substantia Sacramenti, secundum Re-
solutio.

RESOL.